Hinc etiam patet quod tres rectæ lineæ c d. a c. c e. sint continue proportioales iuxta ratione ipsius a d. ad a e. Nam per propositione xix. li. v. ele. Eu. Sicut tota c d. ad a c. totã sic ex c d. ablata a c. ad c e. sublatã ex a c. Igitur reliqua a d. ad a e. reliquã est, sicut tota c d. ad a c. totam. Tres igitur rectæ lineæ c d. a c. c e. continue sunt proportionales secundũ rationem ipsius a d, ad a e, atq; ita corolarium existit manifestum.

ELEMENTVM CONICVM XIII.

Si ab aliquo puncto extra datum circulũ suscepto ad eundem circulũ duæ deducantur rectæ lineæ altera ad centrũ altera circulũ tangẽs, & a cõtactu supra ad centrum deductam perpẽdicularis agatur atq; a puncto in circumferentia eiusdem circuli vtcumq; assumpto duæ rectæ coniungantur lineæ, altera quidem



addictum punctum extra circulũ altera vero ad terminũ dictæ perpendicularis erit earundem a circumferentia dati circuli deductarũ ratio, vt rectæ lineæ quę in deducta ad centrũ circuli assumpto extra puncto & circulo adiacet ad eam rectam quæ eodem circulo atq; prædicta perpendiculari comprehenditur. Manentibus itaq; eisdem subiectionibus & figuratione præcedentis elementi in circumferentia circuli a b. suscipiatur vtcũq; f. signum a quo cõnectantẽ d f. e f. dico q ratio ipsi⁹ d f. ad f e. sit sicut a d. ad a e. Connectatur ergo c f. & quia in duobus triangulis c d f. c e f. latera circum cõmunem angulũ e c f. sunt proportionalia, Nam p præcedens elementũ vt d c. ad c f. sic c f. ad c e. Igitur duo triangula c d f. c e f. sunt æquiangula per positionem vi. li. vi. ele. Eu. & anguli æquales quibus pportionalia subtenduntur latera. Igitur vt c f. ad c e. sic d f ad e f. sed vt c f. ad c e. sic a d. ad a e. per Corolarium præcedentis elementi conici.